



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Cum negotium. Innoc. iij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

grua purgatione mōstrauerint, anathematis gladio feriatur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, tunc velut heretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarū minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium suum impendant: alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Itē clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramēta, nec eleemosynas aut oblationes eorum recipiant: Similiter Hospitalarij, & Tēplarij, ac quilibet regulares, alioquin suo priuentur officio, ad quod nūquam restituatur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicūque tales præsumpserint Ecclesiasticæ trade re sepultura, vsq; ad satisfactionē idoneā excoicationis sententiæ se nouerint subiacere: nec ab solutionis beneficiū mereantur, nisi proprijs manibus publicè extumulēt, & proijciant huiusmodi corpora damnatorū, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhihemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excoicationis laqueo innodetur: Item si quis hereticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi cōuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij, per quem credat ad prælātū suū, & Inquisitorum hereticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excoicationis sententiā percussatur. Heretici autē, & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorū que filij vsque ad secundam generationē, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur, quod si secus actum fuerit, decernimus irritū, & inane. Nos enim prædictos, & quos cunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarū, dignitates personatus & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis: uolentes ut tales, & habius perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem huiusmodi, ad inuium superstitionis hereticæ, à via declinasse cōstiterit veritatis. Dat. Anagninæ. vij. Calen. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

### Clemens IIII.

*Inquisitores omni humano timore deposito intrepide procedant contra hereticam prauitatem. Idem non tenentur obedire prælatis suorum ordinū præcipientibus, ut ad tempus, vel quoad certos articulos, aut quoad certas personas eidem negotio supersedeant. non obstantibus quibuscūque priuilegijs, aut celsuris.*

**C**lemens Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus tam Prædicatorum, quam Minorum ordinū Inquisitoribus hereticæ prauitatis, &c.

† Eymericus. 3. par. q. 11. **C**A THOLICA ¶ fidei negotiū, quod plurimum in sidet cordi nostro, in vestris prole

**A** rari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes: ac volentes omne ab eo impedimentum, omneque obstaculum remoueri, præsentium vobis auctoritate mandamus: quatenus in eodē negotio de diuino & Apostolico fauore confisi, omni humano timore deposito, cōstanter ac intrepide procedentes, circa extirpandam hereticam prauitatem cum omni vigilantia, omnique studio laboretis. Et si forsā Magister, & Minister generales, alique Priores, & Prouinciales, ac Custodes seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinū, prætextu quorūcūq; priuilegiarū, seu indulgentiarū eiusdē sedis, dictis ordinibus concessorū, aut concedendorum in posterū: vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniuxerint, seu quoquomodo præceperint, ut ad tempus, vel quoad certos articulos certarū personas in negotio super sedeat eodem: Nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhihemus, ne ipsi obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quātum ad hunc articulū, tenore præsentium reuocantes, omnes excoicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri cōtingerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nā si prædicta fides interdū prælati aliquibus vestrorū ordinū, per suas sub certa forma cōmittat litteras, ut ad excoicationem inquisitionis officium contra hereticam prauitatem, aliquos suorum ordinū Fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint amouere, ac alios subrogare: non tamen per hoc quod ipsi, ea dumtaxat de causa in hac parte cōmittitur: quia de Fratrum suorum ordinū idoneitate pleniorē habere notitiā præsumatur, aliqua eis super huiusmodi inquisitionis negotio vobis immediatē à prædicta sede commissio, & committendo, facultas vel iurisdicctio attribuitur seu potestas. Nulli ergo omnino hominum, & cætera.

### Innocentius IIII.

*Inquisitores statuta dubia contra hereticos edita interpretantur: Et filios & nepotes hereticorū, & similibus priuant beneficijs, & officijs, dignitatibus & honoribus. Item nomina accusatorum & reseruum in causa heresis non publicantur.*

**I**nnoentius Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis, Salutem, & Apostolicā benedictionem.

**E** Cum negotium fidei Catholicæ aduersus hereticæ prauitatis errores vobis, ut vera prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum, ut commissum vobis ab Apostolica Sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius in hac parte interpretandi ¶ statuta ecclesiastica, & secularia contra hereticos edita: Et hereticorum filios, & nepotes creditū, quoque fautorum, defensorum, & receptorū ipsorū dignita-

† Concordat rex. in c. Qui eunque. §. 1. de hære. li. 6.

Heretici sub pena excoicationis manifestandi.

† Concordat rex. in c. Statutum. 2. de hære. lib. 6.

al. in hereticam.

Eymericus. 3. par. q. 11.

† Eymericus. 3. par. q. 11.

Edin. Don.

† Eymericus. 3. par. q. 11.

gnitatibus, personatibus, & honoribus quibus-  
cunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis of-  
ficijs; illos etiam, qui hereticorum, vel aliorum  
prædictorum interuentu, & intuitu, vel gratia talia  
sunt adepti, vel in posterum assequuntur, priuan-  
di huiusmodi dignitatibus, personatibus, honori-  
bus, beneficijs & officijs, liberam vobis auctorita-  
te presentium concedimus potestatem. Sanè d'vo  
lumus, & vt nomina tā accusantium prauitatem  
hereticam, quam retificantium super ea, nullate-  
nus publicentur propter scandalum vel pericu-  
lum, quod ex publicatione huiusmodi sequi pos-  
set, & adhibeatur dictis huiusmodi testium ni-  
hilominus plena fides. Quòd si simul his non in-  
terfueritis exequendis, vnus vestrum ea nihilo-  
minus exequatur. Datum Lateran. viij. Idus Mar-  
tij Pontificatus nostri anno vndecimo.

COMMENT. XXIII.

Innocentius III.) In concilio Barcinon. impresso  
tribuitur hac extrauagans Innocentio sexto, quæ  
secutus Iacobus Simancas de instit. catho. tit. 64.  
de testibus, nu. 27. eidem Innocentio sexto attribuit.  
Ceterum Frater Paulus Constabilis Sacri Palatii  
Magister, qui postea fuit ordinis Fratrum Prædica-  
torum Magister Generalis, tum ex anno, quo datum  
id rescriptum hic dicitur, tum ex eo quod in tertia  
parte huius Directorij, q. 85. vbi eiusdem extraua-  
gantis meminit Eymericus, in omnibus exemplari-  
bus Innocentio IIII. tribuitur, demonstrat mihi,  
hoc priuilegium seu rescriptum non esse Innocentij  
VI. ex anno quidem quo edita esse dicitur extraua-  
gans, non obscure colligitur Innocentio IIII. nō au-  
tem sexto esse tribuendam: quoniam Innocentius VI.  
decem tantummodo annos vixit: in hoc vero rescri-  
pto annus vndecimus sui Pontificatus inferitur. Tā  
multo minus competit Innocentio V. qui annū vñū  
in Pontificatu non compleuit; sequitur ergo In-  
nocentio IIII. esse ascribendum, qui annos vndecim  
vniuersali Ecclesie Romanus Pontifex præfuit. Hæc  
autem coniecturam non obscure probare etiam vi-  
dentur EymERICI verba infra par. 3. q. 75. qui cum  
dixisset, diuersos summos Pontifices diuersa respon-  
disse super ea questione: An testium denunciatorū  
seu accusatorum nomina debeant reis publicari, sub-  
dit ita: Ideo tandem Bonifacius octauus statuit  
quid agendum, vt patet in capitulo statuta. §. iu-  
bemus. de heret. lib. sexto. hac EymERICUS. Nam  
Innocentij sexti fuisse, cum is post Bonifacium  
octauum sexaginta ferè annis vixerit, dixisset po-  
tius EymERICUS, tandem Innocentius sextus. Tria  
vero statuuntur in hac extrauaganti, sicut patet ex  
eius serie, & ex summario.

b Interpretandi statuta ecclesiastica, & secula-  
ria contra hereticos edita.) In aliquibus codici-  
bus post hæc verba continenter subsequuntur hæc:  
cum diceclanorum Episcoporum consilio. de  
quo quid sentiam, vide infra par. 3. q. 86.

c Et hereticorum filios & nepotes.) Concordat  
tex. in c. vt commissi. §. priuandi. de heret. lib. 6. de  
quo dixi plenissime infra parte 3. super q. 113.

d Sanc volumus, vt nomina.) Idem hoc rescri-

A ptum refert Repertorium Inquisitorum verbo, nomi-  
na. §. nunc videndum. hoc autem singulare de non  
publicandis testium denunciatorum, seu accusatorū  
nomibus, ipsis reis inquisitis in sacro inquisitio-  
nis tribunalis, obseruare præter Repertorium Inqui-  
sitorum loco præcitato, Gosaluus de Villadiego tra-  
cta. de heret. q. 10. nu. 4. Joannes Rojas sing. 208.  
Simancas de catho. instit. rit. 64. de testib. nu. 19.  
& seq. Campegius apud Zauchinum. cap. 9. et pleri-  
que alij idem etiam cauit in Bullio Hispanen. anno  
Domini 1484. c. 17. Cetera ad hunc articulum spe-  
ctantia copiose dicam infra p. 3. super q. 75.

Gregorius XI.

Inquisitores ad Romanam curiam venire possunt  
cum socio, quem ipsi elegerint, non obstante quod  
prelato petitam licentiam non concesserint. Ea dili-  
genter curabunt, vt cito se expedientes ad partes ip-  
sis commissas reuertantur.

REGORIVS Episcopus seruus seruo  
rum Dei, ad perpetuam rei memoriā.  
NEGOTIA Catholicæ fidei per nos-  
iplos promouere, & per alios promoueri facere,  
prout ad id tenemur, plenjs desiderijs affectates:  
Vniuersis, & singulis Prædicatorum, & Mino-  
rum ordinum Fratrum Inquisitoribus hereticæ  
prauitatis ubilibet constitutis, præsentibus, & fu-  
turis veniendi liberè ad Romanam Curiam, in  
eaque morandi cum vno socio sui ordinis, non  
obstantia, vel petita licentia quorūcūque suorum  
superiorum, seu prælatorum: Et huiusmodi so-  
cium mutandi, & alium de sua prouincia assumē-  
di, & secum tenēdi, quoties fuerit opportunum,  
non obstantibus quibuscunque prohibitionibus  
seu constitutionibus eorundem Prælatorum, seu  
Capitulorum generalium, vel prouincialium, or-  
dinum prædictorum, quorumcunque tenorum  
existent contrarijs, plenam licentiam tenore præ-  
sentium impartimur.

Ipsos autem Inquisitores hortamur, vt se fa-  
cere expediri de dicta curia, quam cito poterunt  
bona fide procurant, & ad partes, in quibus eis  
commissum est inquisitionis officium, ad illud  
exequendum sollicitè non differat remeare. Nul-  
li ergo omnino hominum liceat hæc paginā no-  
stræ concessionis, & horationis infringere: vel ei  
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-  
tentare præsumpserit indignationem omnipo-  
tentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Aposto-  
lorum eius, se nouerit incurfurū. Datum Auinio-  
ne, viij. Idus Februarij, Pontificatus nostri an-  
no tertio.

Considerandum vero est, quod omnia & singula Apo-  
stolica priuilegia antedicta, quæ in prædictis litteris A-  
postolicis Inquisitoribus Aragonen. conceduntur, habē-  
tur etiam, & conceduntur per alias litteras omnibus, &  
singulis Inquisitoribus generaliter quibuscunque.

Edita anno  
Dom. 1373.  
Vide Eyme-  
ricum par. 3.  
q. 10.

† Eym. 3. pa.  
post formam  
concedendi  
appellati apo-  
stolos affirma-  
tios nu. 128.

† Hæc sunt  
uerba Eyme-  
rici.